



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

68. De corporali dominico.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

in fabricis ipsius Ecclesiæ sit impendenda. Admonendus est etiam populus ut aliquid in donariis Domini offerat, sicut ipse antiquus populus sub Moysè in tabernaculo Domini fecisse legitur. Si quis autem tam pauperrimus est, saltem vel stanneum calicem habeat. De ære autem aut ex auricalco non fiat calix; quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum provocat. Nullus autem in ligneo calice præsumat cantare.

De corporali dominico. *Ex Concilio quo supra.*

LXVIII. Corporale super quo sacra oblatio immolatur, ex mundissimo & purissimo linteo sit; nec in eo alterius generis materia pretiosior aut vilior misceatur: quia dominicum corpus in sepulcro, non in holosericis, sed tantum in sindone munda fuit involutum. Corporale nunquam super altare remaneat, sed aut in Sacramentorum libro ponatur, aut cum calice & patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluatur à Sacerdote, Diacono, vel Subdiacono, primò in Ecclesia in loco & vase ad hoc præparato abluatur, eò quòd ex dominico corpore & sanguine infectum sit. Post hæc à lavandario in nitido loco \*paretur.

Burchard. lib. 3. c. 98.

\* Editio Helmeftad. reponatur.

De eucharistia. *Ex Capitulis synodalibus, cap. c l v.*

LXIX. Ut Presbyter semper eucharistiam habeat paratam; ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim

Lib. 1. Capitular. c. 161.

Capitula Vvalterij Aul. rel. c. 7.